Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Quaestiones casuales - Cod. Aug. pap. 116

Johannes <de Friburgo>

[Reichenau], [14.-15. Jahrh.]

Casus papales

urn:nbn:de:bsz:31-83376

Visual Library

Casus papales

Solus papa vel cui ipse mandaverit absolvit religiosos
i qui sacramentum eucharistie vel unccionis extreme ministrare pre-
sumpserint vel matrimonia sollempnizare non habita super hiis pre-
sbiteri parrochialis specialiter aut episcopi licencia quia tales excom-
municacionis sententiam incurrunt per Clementinam primam v
Item solus papa absolvit religiosos qui excommunicatos a canone
ii publice in casibus iure expressis vel per privilegia sedis apostolice nominatim
earundem vel per statuta provincialia aut synodalia promulgatis
vel a pena et a culpa absolvere presumpserint quecumque quia tales
idem dominus clemens excommunicavit et sedi apostolice absolucionem reservavit
iii Solus papa dispensat seu absolvit illum qui manus violentas iniecerit
in prelatum suum vel nomine prelati habentem patris vices gerentem
iiii Solus papa dispensat cum suspenso seu interdicto vel excommunicato ab homine
celebrante. Solus papa absolvit participantem excommunicato scienter in
v divinis officiis excommunicato a se
vi. Solus papa absolvit occisores clericorum vel si sit lesio enormis
vii Solus papa dispensat cum ordinato in apostasia
viii Solus papa dispensat cum eo qui scienter excommunicatus recepit ordinem
viiii Solus papa dispensat cum non ordinato ministrante
x Solus papa dispensat cum eo qui per saltum est promotus
xi Solus papa dispensat cum symoniaco in ordine qui dedit aliquam
pecuniam ut promoveretur ad aliquem sacrum ordinem
xii Solus papa dispensat cum eo qui nullum habens ordinem exercet
officium et etiam cum illo qui habens aliquem ordinem officium superio-
ris ordinis exercet quia tales efficiuntur irregulares
xiii Solus papa dispensat cum illegittime nato et ut ad aliquem or-
dinem promoveatur

[illegible]

xiiij Solus pp di in voto continencie vel pcrcri in scā omisso

xv Solus pp di cū eo qui furtive recepit ordinē

xvi Solus pp di cū eo qui ivit ierusolimā absq liccia sedis aplice

xvij Solus pp di cū suspenso a canone in diuinis officiis

xviij Solus pp di cū eo qui sniam sanguinis dictat vel scribit

Si servare velis interdicti bene formam Versibus hiis poteris breviter
cognoscere normam Cum locus fuerit interdictus caveatur Neque
primas intrinsecus intretur Hostia claudantur populus simul eiciatur
Admissis clericis bene tunc preces faciantur Infirmis licite corpus
Christi tribuatur Si quis sanus erit hoc tempore non pociatur
Cum cruce defunctus pre ~~mi~~ non inferatur Cum locus sacratus
interdictum violatur De quo non modica est tibi pena paratur
Sollempnitatis quod fuerit prohibetur presbiter baptisma sacrumque
crisma licet Nullus ad altare preter clericos famuletur Et sacrista
tuus laicus qui non prohibetur Non compulsabis signum solum resonetur
Nullus interdictus hoc tempore nec tumuletur Nec aspergatur
corpus nec thurificetur Funeris pompa nequaquam tunc celebretur
Exponent illud laici nullus contetur Extra locum sanctum non
intra tunc tumuletur Submissa voce celebres nullus speculetur
Primas Christum qui nil inde meretur Atque sacerdos sal et aquam
sacrare iubetur Extra locum sanctum populus non sanctificetur Post partum
mulier introduci prohibetur Sponsus cum sponsa pre licite
copuletur Sed non coniunctus hoc tempore sanctificetur Et quod penis
fit sine regula convincetur Cum velis populo verbum dei referre
Clamantem vis poteris capitulis tunc resonare Si ibi veniens populus
non excuciatur Absolutus valens hoc donec perficiatur Super hiis
natalis pasce quoque pentecostes hiis festis celebres licite
Pendes quoque potest hoc et conventus quidam recitantur Iure
Non omnes sed qui super hoc bullas tenuere Sed dominus papa simul
omnes tunc revocavit Sicut in antiquis processibus ipse notavit
Nobis quem bavarus fervencius insinuavit Nullus in ecclesia
tecum maneat nisi clericus Et sacrista tuus servitor erit tibi
verus Sacristam proprium numquam debes variare